

E De-um laudámus: * te Dóminum confitémur. 2. Te ætérnūm




Patrem omnis terra venerá-tur. 3. Tibi omnes Ánge-li, tibi Cæli et univérsæ




Potestá-tes: 4. Tibi Chérubim et Séraphim incessábi-li voce proclámant:



5. Sanctus: 6. Sanctus: 7. Sanctus Dóminus De-us Sába-oth. 8. Pleni sunt



cæli et terra majestá-tis glóri-æ tu-æ. 9. Te glori-ósus Apostolórum chorus:




10. Te Prophetárum laudábi-lis númerus: 11. Te Mártyrum candidátus laudat



exércitus. 12. Te per orbem terrárum sancta confitétur Ecclési-a:




13. Patrem imménsæ majestá-tis: 14. Venerándum tu-um verum, et únicum



Fí-li-um: 15. Sanctum quoque Paráclitum Spíritum. 16. Tu Rex glóri-æ,



Christe. 17. Tu Patris sempítérnus es Fí-li-us. 18. Tu ad liberándum suscep-




túrus hóminem, non horru-ísti Vírginis úterum. 19. Tu devícto mortis acú-



le-o, aperu-ísti credéntibus regna cælórum. 20. Tu ad déxteram De-i


Genuflectitur ad hoc Versum:



sedes, in glóri-a Patris. 21. Judex créderis esse ventúrus. 22. Te ergo




quásumus, tu-is fámulis súbveni, quos preti-óso sanguine redemísti.



23. Aetérna fac cum Sanctis tu-is in glóri-a numerá- ri. 24. Salvum fac pópu-




lum tu-um Dómine, et bénedic here-ditáti tu- æ. 25. Et re-ge e-os, et



extólle illos usque in aetérnum. 26. Per síngulos di-es, benedícimus te.



27. Et laudámus nomen tu-um in sǽculum, et in sǽculum sǽculi.



28. Dignáre Dómine di-e isto sine peccáto nos custodí-re. 29. Miserére



nostri Dómine, miserére nostri. 30. Fi-at misericórdi-a tu-a Dómine super

nos, quemádmodum sperávimus in te. **31.** In te Dómine sperá- vi: non
confúndar in ætér- num.

V. Benedicámus Patrem et Fí-li-um cum Sancto Spíritu.

R. Laudémus et superexaltémus e-um in sácula.

V. Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli.

R. Et laudábi-lis, et glori-ósus, et superexaltátus in sácula.

V. Dómine exáudi orati-ónem me-am.

R. Et clamor me-us ad te véni-at.

Sacerdotes addunt:

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tu-o.

O

-RÉMUS. De-us cujus misericórdi-æ non est númerus, et bonitatis

infinítus est thesáurus: † pi-ísimæ Majestáti tu-æ pro collátis donis

gráti-as ágimus, tu-am semper cleménti-am exorántes: * ut qui peténtibus

postuláta concédis, e-ósdem non déserens, ad præmi-a futúra dispónas.

Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Plenaria indulgentia conceditur christifideli qui, in ecclesia vel oratorio, devote interfuerit sollemni cantui vel recitationi: hymni Te Deum, ultima anni die, ad gratias Deo referendas pro beneficiis totius anni decursu acceptis. (n. 26, Concessiones, Enchiridion indulgentiarum quarto editur, Paenitentiaria Apostolica die 16 iulii 1999)